



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 11. Religionum fundatores, quanti fuerint amatores paupertatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

ia dare voluit. Dei autem amicus ille verè monachus, non passus aliquid accipere ex eis, dignum memoria verbum ad Patriarcham locutus est dicens: *Ego hoc non postulo, Domine;* Monachus enim si fidem habet, horum non indiget: *Si autem horum eget, fidem non habet.* Quo audito, S. ille Præsul tanto impensiùs monachos posthac honorauit, multoque maiore animi affectu hospitio excepit.

## §. XI.

*Religionum fundatores, quanti fuerint amatores paupertatis?*

Paupertatem suam in eminens, & nostro quoq; sèculo imitandum perduxerunt fastigium S. Basilius, S. Benedictus, S. Bernardus, S. Dominicus, S. Franciscus, S. Ignatius, & aliij quàm plurimi. S. Franciscus hanc virtutem vsque adeò censuit esse ad amandari, ut eam quasi sponsam sibi suisq; etiam desponsarit. Et sàpe à fratribus rogatus, *Quanam virtus maximè nos Christo commendaret, gratosq; faceret?* cum iubilo respondit: *Paupertas, hac est enim via salutis, humilitatis fomes, perfectionis radix, qua frustis nobilissimos, eosq; multiplices producit, sed occultos, & paucis cognitos.* Huius virtutis amore inflammatus, Romæ ad SS. Petri

B b 5

&amp;c

& Pauli sepulchrum, cum lachrymis <sup>so-</sup>  
plicans, ut se se thesauro paupertatis in-  
struerent, meruit eos, velut viuos intueni-  
qui eum addito osculo salutantes dixerunt:  
*F. Franciscę, quia hoc pētis, quod Christus*  
*Apostoli seruauunt, certiorē te reddimus, nō*  
*desiderium esse exauditum. En thesaurus sancti*  
*paupertatis tibi tuisq; a seclis perfectè concidi-  
etur: ac quicunq; eum capessent, de regno hu-  
ritudinis erunt securi, & à Domino benedicti.*  
*Hinc idem dictabat. Pauper est typus Christi*  
*qui propter nos egenus factus est, ut nos sua im-  
pia diuites efficeret. Qui ergo pauperi maldi-  
cit, Christo maledicit. Ex aduerso pecunia ser-  
nis Dei non est aliud, quam diabolus, & colubr  
venenosus. Qua de causa idem S. Franciscus*  
fratribus suis, pro viatico, illum versiculum  
dare solebat: *Iacta super Dominum curam*  
*tuam, & ipse te enutriet. Possem hīc adduce-  
re domestica, de S. Ignatio, de S. Francisco*  
*Xauerio & Borgia, de Petro Fabro, de Ro-  
derico, de Menesio, de Barcæo, de Gonzaga*  
*& alijs, qui heroica virtutis istius facinora*  
*ediderunt, sed alius sibi hos pauperes lo-  
cus vendicat, neque umquam ex hac silua*  
*emergere, si veleni singulos vel strictim at-  
tingere.*

*Pla. 54. 13.*

S. XII.